


Cambridge University Press

978-1-108-06011-0 - MSS. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab
Eodem Descripti et Illustrati: Volume 3
Giovanni Bernardo De Rossi
Excerpt
[More information](#)



MSS. CODICES
HEBRAICI
BIBLIOTH. I. B. DE-ROSSI

ACCURATE DESCRIPTI

ET

ILLUSTRATI.

...>—●—<...

Cod. 859

ONKELOSI *Targum*, seu *chaldaica Paraphrasis Pentateuchi*, memb. germ. in fol. vel 4.^o maj. an. 1264.

Integrum ac pretiosum exemplar indubiae aerae et antiquitatis, haec exhibens ad calcem scriptoris verba: » Ecce ego David fil. r. Josephi descripsi hoc targum pro r. Salomone fil. r. Mosis an. 24 min. supp. ».

Cod. 860

MACHAZÒR *Rosc ascanà et Jom chippurim*, seu *novi anni et diei expiationis cum rhythmicis cantionibus*, memb. hisp. 4.^o an. 1320.

Inter plura anonyma canticæ ac preces, partim singu-

lares, legitur Jeh. Levitae carmen, quod incipit Elohà mahassàv, ej. Pizmòn, Pizmon aliud Aben Ezrae, quod incipit Meròm, Jotzèr Salomonis filii Isaaci Gerundensis, Selichà Mosis Maimonidis, cuius initium Eth saharè ratzòn, breve carmen Ze. rachiae Levitae, Bakascà Jeh. Levitae. Quis sit Salomon ille Gerundensis, ignoratur, nec eum profert Woffius, nisi ejus nomine Jar chium designare intenderit scriba, qui ad codicis calcem hanc apposuit epigraphem: » Ego Menachèm fil. Josephi Raphàpha vel Rappa scripsi hunc ordinem initii anni, et Machazòr diei expiationis... ».

Cambridge University Press

978-1-108-06011-0 - *Mss. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 3*
 Giovanni Bernardo De Rossi
 Excerpt
[More information](#)

4

MSS. CODICES HEBR.

et absolvī mense chislev an. 5081 ». Huic notae subjicitur recentiori manu ac charactere Selichà quaedam Josephi fil. Abbà.

Cod. 861

R. DAVID KIMCHÌ *Liber michlòl seu perfectionis vel hebr. linguae Institutiones absolutissimae.*

2.º R. DAVID BILIA fil. R. Jom Tov *Derech*, seu *Modus faciendorum carminum.*

3.º ANONYMI *Opuscolum grammaticum de litteris quae permutantur, et accentibus, memb. et bomb rabb. in 4.º min., vel 8.º maj. sec. xiv.*

De celeberrima Kimchii grammatica, Michlòl dicta, fuse Wolfius t. I p. 305, II p. 192, IV p. 807. Suspecta tamen sunt quae ex Bartoloccio habet de CPol. ejus editione an. 1513, ut et de CPol. altera an. 1530 partis secundae, seu libri radicum. Neutra meo quidem judicio extat. Nam non modo mea utriusque editionis exemplaria, sed et quotquot vidi, habent si sunt prioris editionis, solas radices, si posterioris, solas institutiones. Quod et de utriusque exemplari a se viso Wolfius ipse non diffitetur c. l. II vol. De Biliae opusculo מִשְׁלָחָן profunde is silet. Innuit tamen ejus auctorem vol. II p. 188, sed sub nomine *Bila*,

aliudque illius opus Jesodòth, ut in Oppenheimeriana extans, sed argumenti ignoti, quod in edito *Catalogo nunc prodi monuimus ad cod. 323*, qui ineditum aliud nostri opusculum sistit. In hoc nostro brevi libello occurunt sub finem nonnulli versus Isaaci ben Polkar qui si idem est cum eo, quem memorat Wolfius t. I p. 687, ut non dubito, male ejus nomen ibidem per ghimel exprimitur *Polgar*. Sed carmina haec et expositio quaedam carminis Aben Ezrae quae praecedit, videntur priori opusculo adjecta, quod dicitur ante absolutum opera Samuelis fil. R. Eliae. Kimchiani Michlòl bina alia exempla stant nostri cod. 930, et 1083:

Cod. 862

MEGHILLÀD ESTER, seu *Volumen Esth.* memb. hisp. lin. 15 sec. xv.

Cod. 863

AGADA paschatis cum Ps. occ., memb. ital. 12. sec. xv.

Cum init. aureis et ornatis variis coloris.

Cod. 864

PSALTERIUM cum Commentario R. David Kimchì, memb. 12. sec. xiv.

Kimchii praefation. praecepsit ejus carmen, quod in nulla variarum editionum,

Cambridge University Press

978-1-108-06011-0 - MSS. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 3
 Giovanni Bernardo De Rossi
 Excerpt
[More information](#)

BIBL. DE - ROSSIANAЕ.

5

quae ad manus sunt, etiam antiquissimarum, comparet. Textus charactere exaratus est quadrato germanico, commentarius qui eum circumdat, rabbinico. Initiales maiores, psalmos numerat 149, antichristiana Kimchii loca a prima manu integra, sed a secunda abrasa vel atramento deleta. Deletum et calligraphi nomen, qui quidam Salomon fuisse videtur. Unicus Psal. cxix 70.

Cod. 865

PSALTERIUM, memb. rabb. bin. 12. sec. xv.

Tituli psalmorum litteris majoribus rubris expressi, extant ad calcem quaedam sacra cantica, fereque unicus est codex Psal. lxx 11, perrarus autem Ps. xvii 14, lxxl 13 et cxxxv 15.

Cod. 866

PENTATEUCHI Parasciōth seu Sectiones festivae, memb. germ. 16. sec. xv.

Cod. 867

PSALTERIUM, memb. rabb. sine punctis 16. sec. xiv.

Legitur sub initium: » Hoc Psalterium acquisivi ego pro me ipso Abraham Finzi. Deus dignum me faciat vacare in eo ec. ». Unus e paucissimis codicibus, qui Psal. xxxvi 2 servent optimam lectionem veterum interpretum.

Cod. 868

A PHTAROTH seu propheticae Lectiones, et v Meghilloth cum Psal. 89 et 136, memb. rabb. 4.º min. init. sec. xv.

Incipit a sect. 7º 7º pri-maeque lectiones recenti manu sine punctis sunt supplicatae. Ad calc.: » Absolutus opera Jehoseph fil. Sabrai, descriptisque illum hic in urbe Camerino in gratiam præceptoris mei R. Eliae fil. R. Menachem »

Cod. 869

R. MOSIS NACHMANIDIS Torad adām, *Lex hominis*, memb. rabb. fol. an. 1285.

Operis egregii pluriesque editi luculentum, accuratum, antiquum exemplar. Habet ad marg. interdum notas et scholia, sub finem vero epigraphem minori ac flaviori charactere exaratam, qua dicitur absolutum mente sivan anno 45.

Cod. 870

R. DAVID KIMCHI Commentarius in Prophetas priores seu Josue, Judices, libros Samuelis et Regum, membr. rabbin. in 4.º maj. an. 1328.

Ad marg. occurunt variae lectiones, notae et scholia, inter quae bina longiora de-sumpta ex libro Malmād. Sub finem: » Ego Avigador fil. R. Menachem Coen descripsi et

Cambridge University Press

978-1-108-06011-0 - MSS. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 3
 Giovanni Bernardo De Rossi
 Excerpt
[More information](#)

6

MSS. CODICES HEBR.

absolvi commentarium istum
 R. Dav. Kimchii priorum librorum, Josuae, Iudicum, Samuelis, Regum. Finem autem ei imposui die xx mensis sivan an. 5088, ad usum intelligentis juvenis domini Menachem fil. praceptoris mei cl. R. Elchanan fil. R. Mescullam Tov ».

Cod. 871

ONKELOSI *Targum in Pentateuchum* cum sacro textu a Nuni. xxix 6 ad *Deut.* xiii 3, memb: rabb. vel semirabb. 4.^o sec. xiv.

Cod. 872

PENTATEUCHUS CUM V Meghil. seu *Cant., Ruth, Threnos, Eccle. et Esther*, memb. semirabb. in 4.^o init. sec. xv.

Sectionum tituli majoribus litteris quadratis germanicis exarati, masora nulla, kerî rarum. Ad calc. Pent.: "Confirmetur scriptor, et roboretur lector". Parum diligenter scriptus, sed suis non destitutus variis lectoinibus, quarum raram quamdam appendix nostra profert Gen. II 20.

Cod. 873

PSALTERIUM, Job, PROVERBIA, memb. rabb. 8.^o vel 12. sub fin. sec. xii 1 vel in. xiv.

Praeedit psalmorum elenches, initiales majores, rarus Job xl 22.

Cod. 874

PSALTERIUM, PROVERBIA, et Job, membr. rabbini. in 8.^o seculi xiv.

Initiales majores. Qui numeros psalmis adjecit, psalnum cxix in plures divisit, numeratque psalmos 171. Postrema pagina extant notae an. 209, 210, 212, Chr. 1449, 1450, 1451. Unicus Job xxxi 12, fere unicus Prov. ii 3, Job xix 3, per rarus Psal. xxvi 13, Job xxii 22, in *Scholiis Prav. xxviii* i.

Cod. 875

R. JEHUDAE ROPHÈ fil. Bin. *Constitutiones mactationis* cum *scholiis*, memb. rabbini. in 8.^o init. sec. xv.

Cod. 876

APITAROTH seu proph. *Lectionum Frgm.* membr. germ. in 4.^o maj. 2 col. sec. xii 1 vel init. xiv.

Complectitur cap. II Osaeae ac xii 1 *Judicum*.

Cod. 877

LIBRI I PARALIP. *Frgm.* membr. germ. in fol. 3 col. seculi xii 1.

A vi 57 ad viii 8, habet que adnexam utramque masoram.

Cod. 878

PENTATEUCHUS CUM *Targum* et binis *Commentariis*,

Cambridge University Press

978-1-108-06011-0 - *Mss. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 3*
 Giovanni Bernardo De Rossi
 Excerpt
[More information](#)

BIBL. DE-ROSSIANAE.

7

r. Salom. Jarchi et Aben Ezrae, membr. germ. 4.^o min. vel 8.^o maj. an. 1494.

Elegans ornatus auro minioque elaboratus titulum, seu Aben Ezrae praefationem circumdat. In eo aureis litteris descriptum conspicitur possessoris nomen » Mei est Menachem fil. domini Mescullam quem Deus servet, de Terracina », et infra gentilitium ejus stemma. Auro etiam et minio depicti sunt tituli omnium librorum et ante Deuteronomium quidem duplex extat pictura, in qua praeter ornatus ac flores Moses populum alloquens repraesentatur. Texrus medium tenet locum, in interiori columna extat Targum, in exteriori commentarius Rasci, in ima pagina Aben Ezrae. Postremo folio haec legitur epigraphe: » Ego Simson Gallus filius domini patris mei Eliae Chelpan, quem Deus tueatur, scripsi hunc Pentateuchum in gratiam domini Menacheni de Terracina cum Targum et comm. r. Salomonis et Aben Ezrae circa illum an. 5254 a creat. mundi hodie feria i^l Parascà et filii Israel egridentes in manu excelsa ». Quamquam porro codex sit recentior, habet nihilominus tum in textu, tum in Targum egregias varias lectiones.

Cod. 879

PSALTERIUM cum *Masora*, memb. germ. 4.^o min. sec. xii^l.

Adest masora utraque, et in binis prioribus paginis ad marg. etiam commentarius Rasci, quem amanensis scribere incepérat. Textus alternis lineis est exaratus, frequentes in eo correctiones, maxime in plenis, multa etiam omissa ad marg. suppleta, multae variae lectiones, inter quas plures esse bonae et optimae notae, ut doctissimus Adler primus possessor olim conjecterat, instituta nunc codicis collatio demonstrat. Unicus est ac singularis Psal. lxxi^l 17, xc^v 7, cvii^l 8, fere unicus lxvi^l 5, cxxxix^l 13, rarissimus Psal. I, x 5, xlili^l 3, xlix^l 13, lxix^l 4, lxxviii^l 51, ci^l 8, cvi^l 4.

Cod. 880

LIBRI ac II REGUM *Fragmētum* cum *Masora*, memb. germ. fol. 2 col. sec. xii^l.

Minus tamen implexo charactere, ut rudis potius et antiquus hispanicus, vel intermedius videatur. A lib. I Reg. xi^l 29 ad xii^l 18, a xvii^l 7 ad 30, i^l Reg. ii^l 9 ad iii^l 7, a vii^l 17 ad viii^l 18.

Cod. 881

JEREMIAE *Fragm.*, memb. ital. 4.^o maj. 2 col. sec. xii^l

Cambridge University Press

978-1-108-06011-0 - MSS. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 3
 Giovanni Bernardo De Rossi
 Excerpt
[More information](#)

8

MSS. CODICES HEBR.

A cap. xxvII 16 ad xxix 10, et xxxviI 6 ad xxxviI 5. rum superioris codicis 880
 dissecta simulque compacta .

Cod. 882

MACHAZÒK seu *Preces pa-schatis et diei expiationis* cum *Threnis*, *Sect. Pent. ac Proph.*, et *Psalmis* occurrit., *Pirkè avòth*, et *Gavirolii Azaròth*, memb. ital. fol. min. sec. xv.

Romani ritus, qui exhibet ex hymnis vel precibus auctorum nomina praeferentibus Jeh. levitae carmen Addòn chasdechà, Selicòth Biniamini, Tescuyà Jeh. Chassid, Tehilà synagogae romanae an. 81, Pedichà r. Isaiae, Selichà Abr. senioris, Tachanun Jeh. levitae, aliud Sal. Gaviròl, Rescùd Joabi de Be-thel. Sub finem mutilus.

Cod. 883

APH TARÒTH seu *propheticae Sectiones totius anni*, memb. rabb. 12. sec. xv.

A Mose quodam scriptus, ut produnt puncta huic nominè, ubi occurrit, imposita.

Cod. 884

NEHEMIAE LIBER, memb. rabb. 12. sec. xv.

Incipit cap. ix 9.

Cod. 885

LIBRI II SAMUELIS *Fragm.* membr. germ. 8° sec. xiiI.

Incipit cap. vi 2, desinit xx 3. Fragmenta columnata-

Cod. 886

DEUTERONOMII *Fragment.* cum *Masora*, memb. hisp. 4° min. 2 col. sec. xiv.

A cap. xxiv 18 ad xxviI 5, et a xxvIII 15 ad 49.

Cod. 887

ORDO *precum totius anni* cum *Cantico Exodi ac Psal.* occ., memb. rabb. 16. sec. xv.

Ac canticum quidem Exodi bis occurrit praeter breviores alias Pent. sectiones. Litterae initiales interdum rubrae ac caeruleae.

Cod. 888

MEGHILLÀ¹ ESTÈR, seu *Volumen Estheris*, membr., mediocris formae, hisp. characteris minus elegantis multisque lituris deformati, lin. 26, sec. xvi.

Superiori margini imagunculae varii generis agglutinatae sunt.

Cod. 889

MEGHILLA¹ seu *Volumen Esther*, memb., mediocris formae, char. ital., lin. 19, sec. xvII.

Ineleganti ac rudi pictura et ornatu insignitum.

Cod. 890

ESTHERIS VOLUM. memb. minoris formae hisp. lin. 16 sec. xvi, forte exeuntis xv.

Cambridge University Press

978-1-108-06011-0 - *Mss. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 3*
 Giovanni Bernardo De Rossi
 Excerpt
[More information](#)

BIBL. DE-ROSSIANAE.

9

Cod. 891

ESTHERIS VOLUM. memb.
exiguae formae char. hisp. ad
ital. vergentis lin. 13 sec. xvi.

Cod. 892

PENTATEUCHUS cum v Meghilloth et Aphtaroth, memb.
ital. fol. min. 2 col. an. 1484.

Ad calcem: » Absolutum que est artificium operis sancti, quod ego feci, v librorum Pentateuchi, v Voluminum et Aphtaroth, testorque ego super me caelos et terram, quod nulos in eo errores reliquerim, majori quam potui, attentione adhibita, curansque omni contentione correctissime illud describere juxta manum Dei bonam super me, et secundum exemplaria, quae praesto fuerunt mihi. Completum est autem omne opus, laus sit ei qui exaltandus est, scriptumque, et obsignatum hodie feria I initio mensis sivan an. 244 min. supp. per manum Josephi fil. Abba Nathan fil. r. Samuelis Galli de Trani, quae sita est ad oram maris. Descripsi vero illud, perfeci et absolvi in gratiam r. Mardochaei Coen fil. r. Abr. Coen habitantis Neapoli». Bis haec inscriptio occurrit iisdem verbis, nisi quod in secunda post absolvi addatur *praeter puncta et accentus*. Initiales maiores, liber Esther inscribi-

tur Assueri, rariores lectio-
nes Eccle. II 24, in App. Gen.
I 28, in *Scholiis* XLIX 6.

Cod. 893

PENTATEUCHUS cum Aph-
taroth et v Meghilloth et Com-
mentario r. Salomonis Jar-
chi, membr. germ. 4° maj.
sub fin. sec. XIV.

Incipit Gen. II 20. Libro-
rum exordia aureis litteris
majusculis, et ornatis variis
coloris, in quibus etiam
hominum extant imagines,
condecorantur, et in multarum,
quas suppeditat, discre-
pantiarum numero optimae
et insignes occurunt, et rarae.
Ad calcem antiqua ma-
nu ac forte codici coeva le-
gitur possessoris nomen Je-
hude fil. David, seriori alia
Abrahami Coen. Perraram co-
dicis lectionem sistunt Scho-
lia Isai. XLIII 2.

Cod. 894

MACHAZOR ital. cum Cant.
Exodi, *Psal.* occur., Tar-
gum Aphtaroth, *Pirké avóth*,
Azaroth Gavirol et Eliae,
menab. rabb. 4° maj. sec. XV.

Venditus a r. Noe fil. Sal.
Hierosolymitano Jechiel fil.
Sam. die xv adar an. 238,
Ch. 1478, ut legitur ad cal-
cem. Extat etiam ante pu-
rim Jeh. levitae Carmen, item
Piut et Gheulà Aben Ezrae,
Rescùd Joab de synag., Te-
chinà et Vidui Saadiae.

Cambridge University Press

978-1-108-06011-0 - MSS. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 3

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

IO

MSS. CODICES HEBR.

Cod. 895

R. SALOMONIS NORZII fil.
Abrahami inedita *Praefatio ad Minchād scai*, seu *Comm. criticum in sacra Biblia*, chart. hisp. 4. recent. aetatis.

Magnum est apud sacros criticos Norzii nomen ob doctissimum masorethicum ejus comm. in sacra Biblia cum textu ipso Mantuae impressum sub titulo Minchād scai. Praefatio haec, qua fuse institutum suum exponit, ac fontes, quibus adhaeret, gravissimi sane ponderis, hucusque remansit inedita. Ejus exemplar, diu, sed frustra, a cel. Kennicotto desideratum ac quaesitum, quum eruditus Mantuanae synag. prefectus Jacobus Saraval ex autographo ipso accurate describendum curasset, tamquam insigne ac rarissimum cimelium dono misit ad comitem de Firmian, fautorum suum eximium, ex cuius bibliotheca post ejus fata ad nostram pertransiit. Nos ejus summam ac praecipua capita ex autographo ipso excerpta olim dedimus in *Proleg. variis sacri textus lectionibus praefixis p. I §. xxxviii*, insignemque locum ex hoc eodem exemplari, quod jam nactus fueram, produximus in *Diss. praelim.* ad vol. iv p. xl. Praecedit titulus valde diffusus, quem novae sacri textus edi-

tioni critico suo opere stipatae Norzius destinaverat, in quo comm. suum appellat *Goder pèretz, Reparator ruinae* ex Isai. LVII 12, non nomine Minchād scai, qua editores ipsi multo post appellaverunt, qui non videntur auctoris praefationem vidisse. Sequitur minor praefatio ex Ephedaeo desumpta, dein major ac fusior ipsius auctoris, quam excipit *הַמְבָרֵךְ מִןְנָה*, seu *obsignatio operis*, ad cuius calcem hanc Norzius aeram adnotaverat: » Absolutumque est totum opus, opus sanctum, quod fecit Salomon in domo Domini, quia sic vocatur liber hic sanctus, וְיַחֲדָה Sanctuarium Domini, ut scripsi in praef. prima, mense nissan anno et foedus יְמִילָה pacis meae non dimovebitur, dicit qui tui miseretur, Dominus », idest anno 386 min. supputationis, nostro 1626.

Cod. 896

R. ABRAHAMI ABEN EZRAE
Comm. in Pentateuchum. Accedit ad calcem ej. *Poema*, memb. rabb. 4.° sec. XIV.

Veterum possessorum notae extant sub init., inter quas una R. Abr. fil. Jechiel an. 157, Ch. 1397, altera Abr. fil. Joabi Eljasivan. 198, Ch. 1438. Prior auctoris textus nobis oppositus ad Gen. xviii atramento deletus, ac

Cambridge University Press

978-1-108-06011-0 - MSS. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 3
 Giovanni Bernardo De Rossi
 Excerpt
[More information](#)

BIBL. DE-ROSSIANAE.

II

prima ejus verba פָּרָעֹה omis-
 sa, sed alter cap. xxvII 40
 intactus, quod in mss. rarissi-
 sum, legitur, unico caute-
 praetermissio a scriba voc. הַמְּנֻצֵּחַ
 crucifixi, quod christianorum
 oculos magis offendebat.

Cod. 897

R. DAVID KIMCHI Com-
 mentarius in *Psalmos*, memb.
 rabb. in 4.^o min. sub fin. sec.
 XIV vel init. XV.

Qum in sere omnibus co-
 dicibus Kimchiani comm. in
Psalmos antichristiana loca
 passa sint emendatricem ma-
 num, rarissimi procul dubio
 ac pretiosi habendi sunt ii
 qui ea exhibent intacta et
 inemendata. In exiguo ho-
 rum numero noster hic est
 ponendus, qui primaevani
 servat integratatem nullaque
 sublatae vel immutatae au-
 toris lectionis vestigia.

Cod. 898

LIBER PRECUM cum *Pirkè*
avōth, et *Psal.* occ., memb.
 germ. mutil. in 4.^o sec. XIV.

Cod. 899

PSALTERIUM et v MEGHIL-
 LOTH, memb. rabb. 12. sec.
 XIV vel init. XV.

Praecedit elenchus psalmo-
 morum, qui numerantur 149.
 Sub fin. » Benedictus qui
 scribit et benedictus qui le-
 git, amen amen sela ». Rarior
 lectio in *Scholiis Ps.* cl. 2.

Cod. 900

PENTATEUCHUS cum v *Me-*
ghilloth, seu *Canticum canti-*
corum, *Ruth*, *Threnis*, *Eccle.*,
Esther, memb. ital. in 12.
 maj. an. 1482.

Character inelegans et ad
 germ. vergens. Incipit Gen.
 II 4, initiales majores ha-
 bet, hancque epigraphem:
 » Absolutumque est hoc opus
 Pentateuchi per manus exi-
 gui discipulorum et minimi
 scribarum Abr. fil. doctoris
 legis n. Matathiae de Treves
 feria VI die XXIX mensis te-
 beth an. 242, scripsique il-
 lum in gratiam domini Ra-
 phael, qui diu vivat, habi-
 tantis in urbe Recineti ».
 Unicus in *Scholiis Gen.* II 1
 17, rarus *Deut.* XXI 15.

Cod. 901

LEVITICI AC NUMERO RUM
Frag. cum *Targum* alternis
 versibus, memb. germ. fol.
 max. 3 col. sec. XIII.

A Levit. XXVII 33 ad Num.
 I 28, et a Num. V 8 ad 30.
 Varias quasdam lectiones
 cum Samar. et antiquis ver-
 sionibus consentientes habes-
 tum in descriptione init. vol.
 II, et in appendice vol. IV.

Cod. 902

RUTH *Fragm.* memb. germ.
 fol. 3 col. sec. XIII.

Incipit cap. II 21 et de-
 sinit IV 11.

Cambridge University Press

978-1-108-06011-0 - MSS. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 3
 Giovanni Bernardo De Rossi
 Excerpt
[More information](#)

12

MSS. CODICES HEBR.

Cod. 903

MACHAZOR pars II seu *Preces initii anni et diei expiationis* cum *Ecclesiaste*, *Jona*, *Sectionibus variis bibl.* ac *Psal.* occur., memb. 4.^o maj. sec. XIV.

Deletae sunt binae nobis oppositae precum formulae, quae incipiunt ☩mn quas in Machazorim impressis prorsus omissas et in plerisque etiam mss., ex cod. Norimbergensi profert Wulferus in *Animadv. ad Theriacam iudaicam* p. 351 et 353. Celebrior alia ac communior Ale-nu intacta. Habet bina priora folia recenti manu suppleta, atque in fine deficit.

Cod. 904

LEVITICI FRAG. cum *Targum* versibus alternis, memb. germ. fol. 3 col. sec. XIII.

A Lev. I ad II 7, et a VIII 25 ad IX 17. Tegebat vetustum librum, pertinebatque ad cod. multis insignibus variationibus scatenatum, ut patet ex specimine, quod exhibemus in ejus descriptione t. II Var. Lect. praefixa. Rariores habes Lev. I 7 et VIII 33.

Cod. 905

JOZEROTH seu *Hymni dici expiationis et laetitiae legis* cum *Sect. bibl.* ac *Psalmis* occ., memb. germ. fol. sec. XV.

Cod. 906

R. SALOMONIS GAVIROL
Cheder malcud, *Corona regni*, memb. rabb. 8.^o sec. XIV.

Cod. 907

SIDDUR seu *Ordo precum* cum *Psal.* occ., memb. germ. mutil. 8.^o sec. XIV vel in. XV.

Cod. 908

ORDO PRECUM totius anni cum *Sect. nonnullis Pent.* et *Psal.* occur., memb. ital. 12. sub fin. sec. XIV vel init. XV.

Cod. 909

ORDO PRECUM cum *Pirké avót* ac *Psal.* occur., memb. rabb. mutil. 12. sec. XIV.

Cod. 910

PPSALTERIUM, memb. ital. 32. sec. XV.

Incipit *Psal. xxii*, et de-sinit cXL 14. Rubris litteris expressi sunt tituli, fereque unicus est *Psal. lxvi* 8, unicus vero in *Schol. cxxxii* 12.

Cod. 911

PPSALMORUM Fragm. memb. rabb. 12. sec. XV.

A *Psal. cxxxix* 3 ad cXL 4 et a cXLIV ad cXLV 6.

Cod. 912

OSEAE Fragm. cum *Targum* versibus alternis, *Comm.* Jarchi ac *Masora*, membr. germ. 4.^o sec. XIII.